ACKER

HISTORIA PENNARVM

IO. HENRICI ACKERI

HISTORIA PENNARVM

PENNAE

INCLITISSIMI POLYHISTORIS ET CONSVMMATISSIMI THEOLOGI

IO. FRANCISC. BVDDEI

S.

ALTENBVRGI

IN OFFICINA RICHTERIANA

M DCC XXVI.

Hoc est opificium nostrum εἶναι ἐν μούσαις ἀεὶ. CAMERARIUS in praefatione Virgilii. Ἐν μούσαις βίος εἰρηνικός τε ἅμα καὶ πρᾶος. AELIANVS lib. XII. var, hist. c, 2.

Penna
limatula politulaque
penna Socraticae plena ſuauitatis
dulciculi ſemper artifex operis
penna
erectis fautrix ingeniis
en tenue magni
debitique amoris
monumentum ac pignus.
Teſtis eſt Phoebus
amicum TIBI ſidus
et ſalutaribus ſubinde
reficiens radiis
ſerenus ore Phoebus
nihil ſubesse fuci
inſtituto hilariori.

O

studio faue et pietati
quibus cupio satisfacere
et quando
liuidi penna corui
rostri adfricat aduncitate
nigrum calumniae theta
acie deterge politiore
illud diaboli stigma
cygneae plumae opus.
Sic sic laetabitur
sic triumphabit
explorata quasi spe salutis
sic te vigebit
fauente fouenteque
humilium cultrix
pennula myricarum.

Vale

Vale salue
salue vale
vale salue millies
o totum celebris per orbem
humanitate imbutum
o vasculo digna electreo
o digna ipsis
regum principumque thecis
auro argentoque fulgentibus
pennarum regina.

Viro doctissimo
et de elegantioribus litteris
praeclare merito
IO. HENRICO ACKERO
suo
S. P. D.

IO. FRANCISCVS BVDDEVS.

Quid de penna TVA censendum sit, eruditorum pennae testantur. Has dum letho & oblivioni eripis; Tuam immortalitati consecras. Felicem dum meam pennam praedicas, TVAM felicem esse demontsras. Si viuet penna mea, per Tuam viuet. Vides, quid TIBI, vir doctissime, debeam. Vale, et, quod facis, mihi porro faue. Ienae die XIV. Martii MDCCXVII.



PROOEMIVM.

CVm Rudolstadii, celebri principum sede, bonas docerem litteras, disputationem de pennis eruditorum conscripsi, quam sub praesidio meo habuit IO. LAVRENTIVS SCHMIDT, Rudolstadiensis, iuuenis pius, et doctus, matura iam virtute ministerii candidatus dignissimus. Nunc historiam pennarum generaliorem in publicum profero, ea textam methodo, qua vsus χρυσȣ̃ vir αἰῶνος IO. CHRISTOPHOR. WOLFFIVS cum carcerem, eruditorum museum, aperiret. Boni sitis atque felices coeptis o Metii nostris: vestrum tribunal scopulus est μȣσοπατάκτων. Commodate veniam erratis: huius vos fauoris puto fore vt nunquam poeniteat.

I

PEnnae et calami voces * discretae alioquin sunt, sed hic indiscriminatim vsurpantur. Ita vsus fert, quem penes ** est vis et norma loquendi.

* ISIDORVS pennam a calamo distinguit lib. IV. c. 14. instrumenta, inquit, scribae calamus & penna. Ex his enim verba paginis infiguntur. Calamus arboris est, penna auis, cuius acumen in duo diuiditur. Addi debent MONTFAVCONIVS, MABILLONIVS, GRAPALDVS, HERMANNVS HVGO, SALZMANNVS de calamis et pennis veterum curiosa docentes, quos recensuit industriose magnificus REIMMANNVS in idea systematis antiquitatis litterariae p. 169. 171. 177. 225. 325.

** Vid. IACOBI FRIDERICI LVDOVICI, iurisconsulti celeberrimi, dissertatio iuridica de grammatica mala §. VII.

II

Pennam THOMAS BARTHOLINVS ita describit: penna est instrumentum, e quo crena extremitatis incisa liquor stillat litteras efformans dissert. IV. de libris legendis p. 7. DIDACI SAVEDRAE descriptio sapit metaphoram: penna est lingua muta, verba efformans in charta, quae voce oporteret eloqui, in idea principis Christiano politici symb. XI. p.m. 83. Eadem loquendi ratione ZEILERVS vsus, quando scribit: Die Feder ist der sechste Sinn, den man unter denen abwesenden, gleichwie die andern fünffe bey denen gegenwärtigen brauchet, cent. VI. ep. 42. p. 838.

III

In pennae laudibus primo memorari debet loco laudatio FRIDERICI TAVBMANNI celebris poetae. Martinalia eius qui legit, ei non possunt esse ignoti versus, quibus pennam adfecit

fecit p. m. 534. Placuerunt versus illi multis, et in linguam Germanicam transtulit liberius ERASMVS WIDEMANNVS teste ŻEILERO cent. 1. ep. 93. p. m. 271. Sonorus hic est illorum numerus:

Penna beat coelo, penna est, quae curat ut ausit
posthuma posteritas factis clarere parentum
Penna suis humeris, nullis adiuta gigantum
viribus, in nostras magno conamine terras
intulit, et Latias, et Graias intulit urbes
mixtaque Chaldaeis recutitae moenia gentis.

IV

TAVBMANNO Misnico succedat Taubmannus Cimbricus DANIEL GEORGIVS MORHOFIVS qui parte III. poemat. German. p. 376. de illis ita canit:

Die Götter lieben mich,
Die Musen selbst, und die gelehrten Geister,
Macht eure Feder ja zu allen Zeiten Meister,
Sie macht die Schreiber reich,
Sie giebt Unsterblichkeit den Helden,
Die ihre Bücher melden,
Sie zeichnet uns viel tausend schöne Lehren,
Die tausend Augen lesen, tausend Ohren hören.

V

Historia animalium FRANZIO CYPRIANEA, opus diffusum, eruditum, nec minus va-

rium, quam ipsa est animalium natura vno fasce multa complectitur p. 1082. Manet, inquit, sua laus calamis, qui praescribunt ea, quae hypothetae exprimunt; ac breui tempore ita multiplicant, vt innumeris prodesse queant. Inde pennam scriptoriam * praedicarunt DANHAVERVS in homilia Academica XII. part. II. p 306. IANVS DOVSA et MICHAEL FENDIVS apud DORNAVIVM in amphitheatro p. 404. Praeparationis ** modum descripsit PONTANVS lib. I. progymn. VII.

* Pennam quoque, quod addere volui, laudarunt LVCAS OLTHOFIVS teste WITTIO in diario biographico MDCLXXXVI. V. Sept. DAVID CLERICVS noscendus e CRVSII part. X. Vergnügung der müßigen Stunden p. 18. et liber rarus hoc titulo Leidae MDCLXXIX. 12. impressus *Arma Anserina*, quem commendat BAYLIUS voce Balde.

** Confer SCHWENTERI, Professoris Altorfini, delicias physico-mathematicas part. XIV. p. 516. AVGVSTI SENENSIS, et GETHINGI REDIVIVI artificium pennae laudauit illustris IABLONSKY in lexico scientiarum p. 198.

VI

CASPAR SAGITTARIVS programmate docto, quo Salfeldiae, quam meritis illustrauit variis, strenas Ianuarias distribuit, pennam multo quoque laudat verborum paratu p. 25. Tanta est, inquit, pennarum elegantia, tantus splendor, vt ii ipsi, qui eruditos per contemtum *homines de penna* vocare solent, iisdem galearum cristas, et turbinatos galeros exornent, eoque ipso pennigerae doctorum * virorum

rorum cohortis praerogatiuam demonstrent. Sicuti scriptionis vsus infinitus est, ita etiam pennae scriptoriae vtilitas nunquam satis explicari, satis nunquam praedicari poterit. Per pennas imperatores imperant, pennarum beneficio reges regimen conseruant suum, pennarum auxilio principes terras omni ditione tenent, sine pennis nulla est ** nobilium, quicquid etiam moliantur, nobilitas. O quoties ad supremum amplissimae dignitatis fastigium peruenerunt ii, qui licet inferiori loco nati dextre hoc instrumento vsi sunt!

* Memorabile est LVTHERI dictum, quod ZINCKGRAEFIVS laudat part. 1. apophthegm. Germ. p. 184. Von der Ritterschafft sagt man, sie geben selbst unwissend der Feder den Vorpreiß und die Oberhand, indem sie solche auf ihren Helmen und Hüthen führen, an statt der Pferde-Schweiff, die sie vor Alters drauf gesticket.

** C'est vne noblesse en parchemin, nobilitas membranacea. CHARRON de la sagesse lib. 1. c. 59.

VII
ACADEMICORVM PENNAE.

Academicos * ob assiduum pennarum vsum, vnde non semper quidem multum paratur pecuniae, quod vnicum humilium mentium votum est, plurimum tamen bonae vtilitatis ** ad egregium publicum redundat, quae erectarum mentium meta est; in inuidiam et odium adduci, immo scommatis etiam et cauillis barbarorum ludi, adnota res est. Hinc vocari audias saepiuscule *** calamo

mise-

miseros, et **** cacatores atramentorum vocibus ***** ignominiae plenissimis.

* Academici sunt illius homines generis, qui omisso actu rerum, ambitu remoto, pecuniæ viis neglectis, in studia sese abdunt, vt præclara veterum inuenta partim eruant, et in vsum reuocent, partim augeant amplificentque.

** Dans tout ce, qui sort de la plume des hommes, et des plus excellens hommes, on sent les traces de leur etûde, de leur attention, de leurs efforts, de leur meditation. CROUSAZ dans ses sermons p. 28.

*** Insigniter Academicis contumeliosus est titulus calamomiserorum. FELTMANNVS lib. 1. de titulis honorum c. 87. §. 3.

**** GVNTHERVS CHRISTOPHORVS SCHELLHAMMERVS, vir, quem ingenii nobilitas, doctrinae magnitudo, omniumque elegantissimarum artium scientia a fortuita medicorum turba secreuerat, in oratione de augmentis et decrementis scientiarum superiore praesentique seculo Kilonii habita MDCCVIII. ita perorat: „Hebraica pauci attingunt, Græca tamquam longius remota vix agnoſcunt, Latini sermonis nitorem insuper habent, in inuidiam friuolis ratiunculis adducant: si quis paulo diligentius eum colat, nouo conuitio Pedantismum vocant, et, qui sectatur, atramenti cacatorem.

***** Hæc vero ignominia non frangit eruditas mentes, sed Themistocleo more ad maiora potius erigit. Laudabilius etiam fortasse sit, calamomiserum, cacatoremque atramenti adpellari, quam bouem ac iumentum. OCTAVIVS FERRARIVS tom. I. Oper. p. 93. Ego, inquit, ita statuo, eruditorum oſores poſt mortem ex Pythagorae decreto per animarum peregrinationem in boues ac iumenta transmittendos, vt aliquando viri docti illis inequitent, calcibus ac fuste dolent, et veterum delictorum culpam ad satietatem expetant.

VIII

VIII

ALEXANDRI M. PENNAE.

ALEXANDRI M. cassidem cristata iuba,et pennae candidissimae circumcingebant. ALEXANDER AB ALEXANDRO lib. 1. dierum genialium c. xx. p 155.

IX

ALLATII PENNA.

LEONIS ALLATII formosi illius * Graeco Romani penna multum habuit admirationis MABILLONIVS tomo 1. musei Italici part. 1. p. 60. de hac ita scribit: IO. PASTRICIVS nobis aliquando narrauit, LEONEM ALLATIVM amicum suum vnico calamo vſum fuisse ad Graece scribendum (quod expeditissime faciebat) per annos quadraginta, et eo tandem amisso tantum ** non lachrymasse. Addatur TENZELII bibliotheca curiosa reposit 11. loc. vi. p. 492. BAYLIVS in cornu copiae de hac ita iudicat: il seroit difficile de trouver dans l'histoire des auteurs une singularité plus notable que celle, qui concerne une plume, dont il se servoit p. 163.

* Ita vocat HEIDEGGERVS in historia papatus p. 2.

** BALDRICVS Burgusiensis Abbas carmen lugubre composuit in graphium fractum,quo per decem annos in tabulis ceratis scripserat. MABILLONIVS cap. XI. supplementi ad librum de re diplomatica §. VIII. quem

inte-

Integrum inseruit ideae systematis antiquitatis litterariae magnificus REIMMANNVS p. 335.

X

ANTIPATRIS STOICI PENNA.

ANTIPATER STOICVS non ausus sermone congredi cum CARNEADE; sed quasi voce esset mutus, solum calamo respondebat, vnde dictus * καλαμοβόας, quasi calamolatrator, vt PLVTARCHVS ait de garrulitate. VOSSIVS de sectis philosophorum c. XIX. §. 12. p. 106. IO. HENR. VRSINVS in acerra philologica, p. 348.

* Ferax est calamoboarum seculum, vt IO. CASELIVS quondam locutus est in notis ad Plutarchi librum de loquacitate Latine redditum, et scholiis illustratum. Vide clarissimi LACKMANNI primitias Vtinenses p. 4.

XI

AQVILARVM PENNAE.

Aquilarum pennae ceterarum auium pennas consumere dicuntur. Vnde bona publica priuatis vsibus applicata pennarum aquilae dicuntur. ERASMVS in adagiis p. m. 730. Hoc, inquit, adagium fertur de bonis publicis propriis vsibus applicatis. Vt enim aquilarum pennae ceterarum auium consumunt pennas, sic bona, quae pro communi vtilitate data sunt, si propriis vsibus applicantur, vorant alia bona, cum quibus admiscentur.

XII

XII
BALDI PENNA.

IACOBVS BALDVS, Boicae fidicen lyrae, calamum habuit, qui ſenatoribus Norimbergicis magnam ac multo maximam litem mouit. Vnusquisque cupiit possidere, qui obtinuit, argentea inclusam capſa tamquam thesaurum seruauit. BAILLETVS possessorem sacrilegii reum agit, quod BALDVS Mariae παρθενοθαυμαστοτόκῳ, Palladi veluti suae, consecrauerat. BAYLIVS voce BALDVS p. 426.

XIII
BARTASSII PENNA.

BARTASSIVS eques Gallus pro hebdomada sacra a Petro Ronsardo aureum accipiebat calamum. Koenigii bibliotheca p. 87. Crusii Vergnügung müßiger Stunden XII. Theil p. 47.

XIV
BAYLII PENNA.

BAYLIVS, manu tenens calamum, mortuus eſt. Ludwigius in hiſt. uniuerſali p. 773.

* Illi, qui luxuria et lasciuia diffluit, qui voluptatibus omne genus addictus et mancipatus est, *vel cogitare de morte mors est:* ast sapienti, in quamcumque bibliothecae suae partem oculos vertat, acerrima apud philosophos, apud historicos, apud poetas ad mortem contemnendam

dam incitamenta occurrunt; immo vero vel ipsum philosophiae studium (si veteri verbo credimus) ad mortem est exercitatio HENRICVS STEPHANVS in oratione de coniungendis cum Marte musis operibus Xenophontis praemissa.

XV
BERNHARDI PENNA.

BERNHARDI Abbatis Clareuallensis calamus memorari quoque debet, quo epistolam ad Robertum nepotem suum scripsit; *in medio imbre sine imbre non absque miraculo* scriptam fuisse tradunt pontificii. B. RECHENBERGIVS de vsu epist. clar. et ill. vir. §. 55.

XVI
BELLAII PENNA.

GVILIELMI BELLAII Langaei fortissimi domi militiaeque viri calamus plus attulit damni Caroli V. rebus, quam splendidae omnes lanceae Gallorum. Nullum aggrediebatur negotium, cuius conditionem non explorasset prius calami sollertia sui. BAYLIVS in hac voce hoc tribuit elogium: il eut la plume aussi bonne, que la langue et que l'epée. Recitat etiam hoc Caroli V. dictum: La plume de Langey m'a trop fait la guerre, que toute lance bardée de France.

XVII
BOECLERI
querela
de
abuſu PENNAE.

Non haec noua, aut nunc primum nata est querela, sed antiquissimis frequentata temporibus, homines penna saepius ad obtrectandum abuti. IO. HENR. BOECLERVS vitium notat dissert. de fatis litterariis nostri temporis p. 7. vulgatum est, inquit, obtrectare inter se animo, lingua, *calamo*; deterere aliena merita, sibi famam studiorum vindicare, peregrinam gloriam, vbi palam attentare non licet, tristi silentio damnare.

XVIII
BOHVRSII PENNA.

DOMINICVS BOHVRSIVS lautitiae * litteris proditae non inelegans explorator, a calamo laudatur polito in epitaphio, quod exhibent memoriae TRIVOLTINAE MDCCIII. mense Martio p. 171.

— Cy gist celebre Bouhours
dont la plume elegante et pure
fit parler le bon sens, et la simple nature
et seruit de modelle aux auteurs
de nos iours.

 * Hoc

* Hoc elogium impertitur HERMOGENES Witebergensis, illustris BERGERVS, commentario de naturali pulcritudine orationis p. 3.

XIX
IVLII CAESARIS CALAMUS.

Laudem calami Caesariani continet inscriptio, quam MAGNVS DANIEL OMEISIVS introductioni in poesin Germanorum inseruit p. 268.

Gladio pugnauit et calamo
illo felicius, hoc gloriosius
illi diem huic noctem dabat
vtriusque ope
orbem prope omnem
vrbi subiecit
vrbem sibi
se ipsum inuidiae.

XX
CANVM PENNAE.

Canes ornatos pennis sistunt insignia nobilium de DORSTAD praemissa libris quatuor wunderbahrlicher, biß daher unerhörter, und nie glaublicher Indianischer Reisen, durch die Lufft, Wasser, Land, Hölle, Paradieß und Himmel, per GE. ROLLENHAGIVM editis. Explicatio metrica longior est, quam vt interseri possit; pauca, quae dabo, dicta illustrabunt:

So

So ward Ihnen irs Adels Schild
Begabet mit einem solchen Bild,
Daß drey Stüber sich fürwarts karten,
Sich satzten, und auf den Dinst warten,
Auf dem Helm aber sitzt der Viert,
Mit schönen Federn wohl geziert,
Sind aber auch rein weis gestalt,
Wie mann Wahrheit und Unschuld malt,
Ohn daß derselb ist schwartz maniert,
Der den ehern Federbusch führt.

XXI

CAROLI V. PENNA.

Cum actis pacis religiosae, in cuius verba compositis federibus arma deponi debebant, subscriptione robur esset circumdandum, tanta erupit animo atque pectore CAROLI V. indignatio, vt calamum contunderet. MVLLERVS in annalibus Saxonicis p. 126.

XXII

CARPTORVM PENNAE.

CARPTORES, qui in pulcerrimo * saepe corpore maculas quaerunt, homines sunt, sinistra quos in lucem extulit natura, vt PHAEDRVS ** ait. Horum pennas displicere Apollini, lepido ostendit commento Lucianus Italorum centuria prima relat. ex Parnasso. relat. I.

* Non tam bene cum plerisque agitur, vt res cunctas adspicere ab ea parte ament, quae melior est. Muscarum illud est, sordibus et rebus scabris insidere; quae vero nitentia et glabra sunt, praeteruolare, In for-

mosis saepe vnam verrucam deridemus; et propter hanc diuina illa spernitur pulcritudo, quae fusa per totum corpus est. Lacessere virtutem viuentium, et acerbis sermonibus violare illustres animas, morbus et furor est non vnius seculi. PETRVS CVNAEVS oratione XV.

** Lib. II. fab. X.

XXIII
CICERONIS
CALAMVS.

CICERO lib. II. epistolarum ad Quintum Fratrem ep. 14. mentionem facit calami sui, ita scribens: *calamo* et atramento *temperato*, charta etiam dentata res agetur. Scribis enim te meas litteras superiores vix legere potuisse: in quo nihil eorum, mi frater, fuit quae putas. Neque enim occupatus eram, neque perturbatus, neque iratus alicui: sed hoc facio semper, vt, *quicumque calamus* in manus meas venerit, *eo sic vtar tamquam bono.* Pennigerum quoque corpus memorari hac occasione potest, de quo lib. VII. famil. ep. 33. ad Volumnium ita scribit: Nos plane, mi suauissime Volumni, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus: gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis: vt etiam, si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quod haec *pennigero, non armigero in corpore tela* exerceantur, vt ait Philoctetes apud Accium, abiecta gloria.

XXIV
CORVI PENNAE.

Vulpeculam niueas * corui pennas laudasse, ex fabulis noscimus. OWENVS in hanc rem ita ludit lib. 1. epigr. p. 15.

Dixit Anaxagoras atram esse niuem grauis auctor
haec aetas multos vidit Anaxagoras.
Laudauit niueas corui vulpecula pennas
hei mihi quot vulpes secula nostra ferunt?

* PHAEDRVS lib. I. fab. 14.
Hunc vidit vulpes, de hinc sic occoepit loqui.
O qui tuarum, corue, pennarum est nitor
Quantum decoris corpore et vultu geris?

XXV
CRVSII PENNA.

De MARTINI CRVSII, professoris Tubingensis litteratissimi, penna auctor illustris (GVNDLINGIVS scilicet, cuius Socraticas chartas orbis eruditus admiratur) des Antwort-Schreibens auf etliche Frag-Stücke eines gelehrten Edelmanns, welcher in einer Preußischen Provintz wohnet, p. 194. haec memorat; er habe seine annales Sueuicos mit einen eintzigen Kiel vollendet, dabey sehr zierlich und nett geschrieben.

* Praeclarum erat huius viri verbum, quod litteris saepe subiunxit

Vivo docens, scribens, stans quasi perpetuo.

vide CONRINGIVM de antiquissimo Helmstadiae statu p. 164.

XXVI
DEI PENNA.

Mahomet turpificati animi impostor Deo ridiculam tribuit pennam. GE. MYLIVS celebris theologus, rem narrat in denen Türcken-Predigten, Ienae MDXCVI. 4to. p. 6. et edit. CHEMN. p. 48. Von GOtt tichtet der Mahometh, daß er sitze auf einem hohen Stuhl oder Seßel, darauf er stetig von Engeln getragen werde, und habe GOtt immerdar vor sich eine grosse Tafel, die sey von lauter schönen und grünen Smaragd gemacht, dabey er auch eine Schreibe-Feder habe, die so lang sey, als lang ein Weg seyn möge, daran einer 500. Jahr aneinander zu reisen habe, auch sey sie so breit, als lang ein Weg seyn möge, daran einer 80. Jahr zu reisen habe, damit schreibe GOtt ohne Unterlaß auf die große Tafel, was in der Welt allenthalben geschehe, darauf stehe auch geschrieben alles, was von Anbeginn der Welt geschehen seye, und was da seye beyde im Himmel und auf Erden; Diese Tafel übersehe und durchlese GOtt der HErr Tag und Nacht hundert und sechzig mal ꝛc. Confer. DAPPERI Asiam p. 148. et RELANDI Türckische Religion Lib. I, cap. V.

XXVII

XXVII
EBNERIAE PENNA.

CHRISTINAE EBNERIAE Abbatissae calamus a fanaticis laudatur. FEVSTKINGIVS, cuius nomen grata semper celebro memoria, in gynecaeo fanatico p. 250. Von der schwärmerischen Aebtißin Christina Ebneria wird gerühmet, daß GOtt in Aufzeichnung ihrer Gesichter ihr die Feder geführet, und selber dictiret, was und wie sie schreiben solte.

XXVIII.
ERASMI PENNA.

ERASMVS * ROTERODAMVS Guilielmo Neseno ** calamum donauit cum epigrammate, quo calamum loquentem inducit, quod legitur in fine epigrammatum DESIDERII ERASMI edit. Basil. apud Io. Frobenium MDXVIII.

Tantillus calamus tot, tanta negotia scripsi
Solus, et articulis ductus Erasmiacis
Ediderat *** Nilus, dederat Reuchlinus Erasmo
Nunc rude donatum me Guilielmus habet
Isque sacrum musis seruat, Phoeboque dicatum
Aeternae charum pignus amicitiae.
Ne peream obscurus, per quem tot nomina noscet
Posteritas, longo nunquam abolenda die.

* Mors etiam manibus ERASMI calamum extorsit. SCHLEGELIVS initiis reformationis Coburgensis p. 232.

** De hoc Neseno CAMERARIVS in vita Melanchthonis §. XXV. ita scribit: Comitem habuit eo itinere Wilhelmum Nesenum, cuius familiaritate iucundissime vtebatur, et quem propter ingenii bonitatem, prudentiam in iudicando, doctrinam multarum rerum, cognitionem atque experientiam et magni faciebat, et valde diligebat.

*** Calamus, quem vocant scriptorium, chartarium, prope Memphim, Cnidum et ad Nilum crescit. Chartis seruiunt calami Aegyptii maxime cognatione quadam papyri. PITISCVS in lexico antiquitatum hac voce, et BARTHOLINVS de libris legendis diss. IV. p. 78.

XXIX
EVANGELISTARVM PENNAE.

Extat in Altiuillarensi agri Remensis monasterio veterrimus evangeliorum codex, quem PETRVS ABBAS ab annis fere nongentis scilicet principatu LVDOVICI PII, pontificatu Ebonis archiepiscopi, a Placido monacho literis aureis eleganter exarari curauit, quo in codice depicti exhibentur quatuor Euangelistae scribentium in morem cum *penna in manu*, in quibusdam ex illis quatuor sic expressa, vt de *pennae vsu illis temporibus recepto* non liceat dubitare. MABILLONIVS c. xi. supplementi ad librum de re diplomatica. §. 8.

XXX
ESRAE PENNAE.

ESRAE per φαντασίαν sanctiorem variae apparuere peunae, quas recenset lib. IV. c. II.

XXXI
EVRIPIDIS PENNAE.

EVRIPIDES gloriatur pennis aureis in tergo; ὁ Εὐριπίδης χρύσεαι δή μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ, φησὶ, καὶ τὰ Σειρήνων ἐρόεντα πέδιλα ἁρμόζεται. Βάσομαι τ' ἐς αἰθέρα πολὺν ἀρθεὶς Ζηνὶ προσμίξων. Euripides in meo, inquit, tergo pennae aureae, et aptantur grata Sirenum talaria, iboque in immensum sublatus aethera, Iouem conuenturus. CLEMENS ALEXANDRINVS stromatum in fine. Mutat vero CLEMENS sententiam ἐγὼ δὲ ἂν εὐξαίμην τὸ πνεῦμα τοῦ χριστοῦ πτερῶσαί με εἰς τὴν ἱερουσαλὴμ τὴν ἐμὴν, *ego Christi spiritum orauerim, vt me in meam sustollat Hierusalem.*

XXXII
FAMAE PENNAE.

Famae pennas tribui constat. HORATIVS lib. II. Oda II.

Viuet extento Proculeius aeuo
Notus in fratres * animi paterni
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes.

* Proculeius amicus Augusti ita pius fuit in fratres suos Scipionem et Murenam, vt spoliatis bello ciuili, patrimonium, quod ex priore diuisione ipsi cesserat, de-

 nuo

nuo cum ipsis fuerit partitus. GVILIELMVS XYLANDER notis in hunc locum.

XXXIII
FIDEI PENNAE.

Fidem pinnis aptam esse docet CICERO lib. III. officiorum cap. 29. O fides alma apta pinnis, et iusiurandum Iouis!

XXXIV
FORTVNAE PENNAE.

Fortunam pennas habere scythae crediderunt. Ita enim legatus illorum ad ALEXANDRVM M. orat. Impone felicitati tuae fraenos, facilius illam reges. Nostri sine pedibus dicunt esse fortunam, quae manus et pennas tantum habet; cum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit. CVRTIVS lib. VII. c. VIII.

XXXV
HADRIANI PENNA.

HADRIANVS Imperator calami in oculum impulsu, quendam familiarium fecit ἑτερόφθαλμον. GALENVS de adfectibus editionis nostrae p. 23. Αδριανὸς ἀυτοκράτωρ γραφίῳ πατάξας ἐις τὸν ὀφθαλμὸν ἕνα τῶν ὑπερετῶν, ἐπεὶ διὰ τὴν πληγὴν ταύτην ἔγνω γενόμενον ἑτερόφθαλμον, ἐκαλεσέτε και συνεχώρησεν ἀντὶ τȣ͂ πάθȣς ἀιτεῖν παρ᾽ ἀυτȣ͂ δῶρα. Επεὶ δὲ διεσώπησεν ὁ πεπονθὼς, ἄυθις ἠξίωσεν ὁ Αδριανὸς ἀιτεῖν ὅτιβȣ́λοιτο, ἀρνȣ͂ντα τὸν δε ἄλλομεν ȣ̓δὲν, ὀφθαλμὸν δὲ αιτῆσαι, τί γὰρ ἂν καὶ γένοιτο δῶρον ἀντάξιον ἀπωλέιας ὀφθαλμȣ͂.

Hadria-

Hadrianus imperator, cum et ipse calamum in oculum cuiusdam familiarum impulisset, et ex ea plaga eum altero oculo priuari animaduerteret, accivit ad sese, eique pro accepto malo dona regia petendi potestatem fecit. Postquam vero, qui tam grauiter laesus fuerat, obticuit, iterum eum, quodcumque vellet petere, iussit Hadrianus: ibi illum refutasse omnia, oculum petiisse. Quod enim tantum sit bonum, quo aestimari rependique possit oculi amissio?

XXXVI
HESLINGII
PENNA.

IO. ELIAS HESLINGIVS Arnstadio Thuringus pastor primum in ducatu Wurtembergico, deinceps medicinae * practicus Erfurtensis, abusu pennae, qua nigros sales adspersit aliis, magnas sibi molestias, ipsamque tandem relegationis poenam contraxit. Nobilissimus RVHLMANNVS ea de hoc HESLINGO ex schedis OLEARIANIS memorat, quae pusilli animi, et ipsa maleuolentia ieiuni, atque inanis significationem habent, in nouis litterariis num. XXIII. p. 178. Interserere placet verba operi nostro, quae ita se habent. *Hic Heslingius cum varios tumultus excitasset; ac homines publicis virtutibus claros infami sua ** penna denigrare conatus esset, tandem expulsus ac profugus Erphordiam delatus fuit, vbi collegia medi-*

medica habere, et Azoth suum, ita medicinam vocabat, in vulgus laudare proposuit, vbi etiam collisus cum Facultate Medica, quam tam acribus verbis traduxerat, ** *vt illa deinde Vniuersitatem moneret, ne medicam praxin nisi probato prius per examen Heslingio permitteret, tandem tanquam refractarium concionatorem, Academicae iurisdictionis violatorem ab Academico corpore exclusum, omnibus immunitatibus, nominatim Praxi Medica priuandum ac perpetuo relegandum decreuerunt* anno MDCLXIX.

* Medicina huius viri non erat canonica, sed apocrypha, redolebatque mysterium lapidis philosophici. Significare hoc voluit verbis, libro, quem RVHLMANNVS memorat, praefixis: "eLIas artIVM artes DoCebIt; nec non artificio, quod in dedicatione iactat, restituendorum capillorum: Er rühmet sich, daß er durch Hülffe seiner Tinctur zu Wege gebracht, daß nach ausgefallenen grauen Haaren ihm neue schwartze wiederum gewachsen wären.

** Infames omnino pennae sunt, flammisque infamibus dignae, quae bonis viris, nigros sales, maculasque indignas adspergunt. O nigrae pennae! o qui vos venti in Christianorum pertulere terras? LABIENVS illa vtebatur libertate, quae libertatis nomen excedebat; et quia passim ordines hominesque laniabat, RABIENVS vocabatur. SENECA libr. V. Suasor. p. m. 198. Rabienos vocare soleo, quotquot his vtuntur pennis, quia manifesta furoris produnt indicia. Helleboro vtantur rabiosuli homines, vt sanae mentis recipiant vsum, qui mirifice est deprauatus. HERBERGERVS in magnalibus Dei parte XI. p. 125. seq: Wer schreiben will, der brauche seine Schreibe-Feder nicht zu losen leichtfertigen Sachen, Pasquillen und Schmähkarten, sondern des Teufels Reich zu zerstöhren, und GOttes Lob zu vermehren,

ren, fürnemlich dem HErrn JEsu zu Ehren. SCRIVERVS in erbaulichen dreyfachen Absehen am XVIII. Sonntage nach Trinit. Wenn ein Liebhaber JEsu etwan eine Feder probiren will, so wird er nichts schreiben, als was nach Liebe schmeckt. Ceterum de famosis libellis egit PASCHIVS libro de variis modis moralia tradendi C. III. p. 221. sqq. cui iungendum MISSONII itinerarium p. 494. vbi effigies Pasquini et Morphorii, BAYLIVS tom. IV. lexici Historico-critici p. 2948, REIMMANNVS in idea Systematis antiquitatis litterariae p. 388. sqq.

XXXVII
HOBBESII IVDICIVM de bellis CALAMARIIS.

Quod bellum gladiis, vel *calamis* perpetuum est; quod non sit iuris et legum naturalium maior scientia hodie quam olim: quod sententiis philosophorum vtraque pars suum ius tueatur: quod *alii laudent, alii vituperent eandem actionem*: quod idem nunc probet, quae alio tempore damnat, et sua facta in aliis aliter aestimet: signa manifestissima sunt, nihil profuisse ad scientiam veritatis, quae hactenus scripta sunt a philosophis moralibus; placuisse vero non illuminando animum, sed venusta, et secunda affectibus oratione, opiniones temere receptas confirmando. In epistola dedicatoria, qua elementa philosophica de ciue comiti Deuoniae commendat, haec verba leguntur; quae epistola integro meretur illustrari commentario.

XXXVIII

HILBERTI PENNA.

Sancti HILBERTI calamus mirificis in papatu extollitur elogiis. IO. FRIDERICVS MAYERVS testis est in dem würdigen Communicanten p. 14. edit. 1688. Von dem heiligen Hilberto rühmet man im Pabstthum, daß, da er habe wollen ein Buch vom heiligen Abendmahl schreiben, ihme eine güldene Feder vom Himmel sey zugeschicket worden, welche nichts als güldene Buchstaben geschrieben, daß er also seine gantze Arbeit und Handlung vom heiligen Abendmahl mit güldenen Buchstaben und Zeilen abgefasset.

XXXIX

HISTORICI CALAMVS.

Historici calamus debet esse liber et temperatus. IO. CONR. DIETERICVS in breuiario historico p. 3. Historicus magister prudentiae, nuntius praeteritorum, et rerum in toto orbe gestarum ἵστωρ et thesaurarius; scribere debet *libero calamo*, *sed temperato* de aliis, vt scribere de se vult alios, *ne quid nimis*, *ne quid minus*. Tamquam tabellario diuino praefectos, qui supremi nominis acta litteris mandant, historiarum conditores admiramur. GRAEVIVS in dedicatione IVSTINI.

XL

PHILEMONIS HOLLANDI PENNA.

PHILEMON HOLLANDVS Poeta Anglus varios conscripsit libros vnica penna, quam magni fecit, et versibus laudauit curiosis. WILLIAM WINSTANLY in the liues of the most famous Englisch poets p. 147.

XLI

HORATII CALAMVS.

HORATIVS orto sole calamum et chartas et scrinia poposcit. BONIFACIVS de archiuis. c. IIX. p. 87.

XLII

IACOBINORVM PENNA.

IACOBINORVM pennam nullius aestimauit assis LAVNOIVS. Suite du Menagiana luculento sunt testimonio p. 173. Je disois un jour, verba sunt Menagii, à Mr. de Launois, qu'il avoit choqué tous les Jacobins dans les écrits, qu'il avoit fait contre le pere Nicolai, & qu'ils écriroient tous contre lui, respondit Launoius: je crains bien plus leur canif, que leur plume.

XLIII
IMPERATORVM ROMANORVM PENNAE.

Imperatorum pennae, quibus vtebantur in subscriptionibus litterarum, non vulgari atramento, sed encausto colore imbuebantur. ZIEGLERVS Lib. 1. de iuribus Maiestaticis c. 3. §.2, 3.p.80. Sunt, inquit, quaedam regalia, quae ex lege positiua talia sunt, aut moribus hominum ita recepta. Vsu enim et consuetudine induci potest, vt iura, quae olim regalia non fuerunt, pro regalibus hodie habeantur et vicissim. Quo refero, quod imperatores Romani non vsi sint vulgari atramento in subscriptionibus litterarum, sed encausto colore, ne facile possit committi dolus, vel falsum in litteris. Sed si quis hodie inter regalia id referre voluerit, ridiculus erit, et e Tantali horto fructus colliget, siue quod interciderit *coloris purpurei misturae et temperaturae artificium*, siue quod ipsi imperatores vti eo sponte desierint, et inter regalia habere amplius noluerint.

XLIV
IOVII PENNA.

PAVLVM IOVIVM dono accepisse a Turcarum Caesare pennam auream ex lexico eruditorum compendiario discas. Calamum vena-

venalem habuisse docet THVANVS lib. II. histor. sub finem p. 235. BAYLIVS in hoc nomine, et Ioannes bVrCharDVs MenCkenIVs, vir meritorum gloria illustris, in programmate politissimo, quo ad actum promotionis magistralem Dom. Estomihi inuitauit.

XLV

KAZMARIS PENNA.

Filius KAZMARIS quatuor calamos manu simul tenebat, et, si dictio quatuor litteris constabat, singulas una vice expressit, et artificium silentio suppressit. SAVBERTVS de sacrificiis. c. XXVII. p. 713.

XXVI

KWIATKIEWIEZII AENIGMA de CALAMO.

IO. KWIATKIEWIEZIVS Iesuita hoc aenigma de calamo profert in suada ciuili p. 24.

Deme caput, finde, et perfunde liquoribus ora
Coge loqui, truncus plurima dicet apex.

XXVII

LICETI PENNA.

FORTVNIVS LICETVS in Hieroglyphicis p. 324. memorat donarium a se inter sacras supellectiles in sacrario D. ANTONII de Padua praestitum cum hac inscriptione:

D. O. M.

C Scripto-

Scriptorium calamum aureum
adamante illustrem
cum epigraphe AE T.S.
venatione sapientiae caelatum
AB EDOARDO BARONE HERBERT
de Cherbury in Anglia
et castri insulae de Kerri in Hibernia
pari utriusque regni
nobili philosophiae instauratore
munus olim sponte missum honoris ergo
tamquam *aeterna scribenti*
FORTVNIO LICETO
aeternorum scriptori vere diuino
DIVO ANTONIO CONFESSORI
multiplicis gratiae memor
LICETVS
donarium dicauit
Ann. Sal. MDCLII.

Enimuero (ita subiungit p. 325. Licetus) sacra diui Antonii monumenta sidereae doctrinae aureo calamo scripta sunt, adamantino candore puritatis, indomitaque firmitate verae pietatis, et assiduis meditationibus atque laboriosis concionibus venationem aeternae sapientiae simul et animarum non irritam exercuisse videtur. Ad quod munus alludens cl. v. CLAVDIVS BERIGARDVS, Molinensis Gallus in patauino lyceo philosophiae professor accinebat:

Aurea

Aurea penna tibi iampridem missa Licete
Aurea scribenti dogmata, prima fuit.
Altera scribenti gemmas *gemmata* paratur
Nec calamo dispar aurea pyxis erit.
Vtraque iuncta simul decus est sublimibus alis
Quas tibi Daedalea tutius arte paras.
Nam gemmae decorant aurum, decorantur ab auro
Quaeque premunt alios, te super astra vehunt.

XLVIII
LIPSII PENNA.

LIPSIVS pennam argenteam augustissimae Christi genetrici consecrauit his versibus:

Hanc, Diua, pennam interpretem mentis meae
Per alta spatia quae uolitauit aetheris
Per ima quae volitauit et terrae et maris
Scientiae, prudentiae, sapientiae
Operata semper, ausa quae constantiam
Describere, et vulgare; quae ciuilia
Quae militaria, atque poliorcetica.
Quae, Roma, magnitudinem adstruxit tuam
Variaque luce scripta prisci seculi
Affecit, et perfudit: hanc pennam tibi
Nunc, Diua, merito consecraui Lipsius,
Nam numine isthaec inchoata tuo.
Porro o benignitatis aura perpetim
Haec spiret! et famae fugacis in vicem

Quam penna peperit, tu perenne gaudium
Vitamque, Diua, Lipsio pares TVO.

MIRAEVS in vita Lipsii, quam tomus II. memoriarum Rollianarum seruat p. 116. BOHVSLAVS BALBINVS lib. II. examinis melissaei p. 66. factum laudat his verbis:

Hallis diua dari pennam sibi iusserat, illam
Primus porrexit Lipsius, et placuit.

SCALIGER verò ingeniosis perstringit versibus, quos RHEINHARDI theatrum prudentiae elegantioris sistit p. 225.

Post opus explicitum, quod tot miracula narrat
Pennam Lipsiades hanc tibi, virgo, dicat
Nil potuit leuius penna tibi, virgo, dicare
Ni forte est leuius, quod tibi scripsit opus.

XLIX
LVTHERI PENNA.

Papatus fundamentum est superstitio, quae non armis pelli, sed CALAMO profligari debet. Ita, et quidem rectissime, iudicat clarissimae auctoritatis theologus, BIERLINGIVS in dissert. de eruditione politica §. 1. not. a. LVTHERVS superstitionem, illud humanarum mentium ludibrium, oppugnaturus non armis, quae semper dissuasit; sed CALAMO, qui promtus erat, et ad nodos Gordios soluendos efficax, vtebatur. VALERIVS HERBERGERVS hoc laudat in magnalibus Dei parte XI.

p. 125.

p. 125. 126. his verbis: Die von Sebulon haben mit der Schreibe-Feder * helffen kriegen, das ist, Sie sind zum Theil gute Feld-Prediger gewesen, und haben mit Bücherschreiben diesen Krieg vertheidiget, daß er recht sey, und haben den Kriegs-Leuten einen Muth gemacht. Ein solcher Kriegs-Mann ist auch Herr Lutherus gewesen, der hat mit seiner Schreib-Feder dem Anti-Christ mehr Schaden gethan, als irgend ein Kayser oder König hätte thun können. Elegans est IO. MAIORIS, poetae Witebergensis epigramma, in hunc calamum:

Lutherus decimum confregit strage Leonem
De claua noli quaerere *Penna* fuit.

Vid. liber poematum Witebergae MDLXXVI. 8. editus, et illustris STRVVII syntagma hist p. 1233. THEODORVS BEZA in carminibus suis p. 27. b. ita de hoc cecinit:

Roma orbem domuit, Romam sibi Papa subegit
Viribus illa suis, fraudibus iste suis.
Quanto isto maior Lutherus, maior et illa
Illum, illamque *vno* qui domuit *calamo*.
I nunc Alcidem memorato Graecia mendax
Lutheri ad *calamum* ferrea claua nihil.

Vulgatum de hoc calamo FRIDERICI electoris somnium nouimus, et multi credulitatem illi addixere suam: sed HEVMANNVS, vir κριτικώτατος, fidem desiderat in Luthero apocalyptico pag. 73. Legi potest de hoc somnio

egregius liber, quem summus Lipsiensium theologus, BOERNERVS, hoc titulo edidit: Academiae Lipsiensis pietas in negotium reformationis p. 149. nec non magnifici WERNSDORFFII primordia emendatae per LVTHERVM religionis thes. IV. §. 8.

* Vide IO. MICHAELIS LANGII Exercitationem theologicam de regentibus per *calamum scriptorium* ex Iudic. V. v. 14, habitam Altorfi M DCC IV.

L

LYSERI PENNA.

POLYCARPI LYSERI penna, cum in harmonicis laboribus ad tumulum Christi veniret, quasi senio fracta concidit. IO. SEVSSIVS de hac re ita cecinit:

Penna manu multos Polycarpi ducta per annos
Lyseri in Christi fida ministra fide.
Qua bene scriptus Adam, Noe, Abram, Isacus, Iacob
Qua Ioseph, vatis qua Danielis opus,
Gestit vbi harmonicos tandem finire labores
Ad tumulum Christi cum venit, aegra cadit.
Sentit id vt moriens, satis est, mea serua laborum
Sis tumulo huic posthac penna sacrata refert.
Sic tumulo Christi Polycarpi penna dicata

Lyseri

Lyseri in Christo semper honore manet CRVSII Vergnügung müßiger Stunden IV. Theil, p. 75. et 76.

LI

MAHVMEDIS PENNA.

Mahomet artis scribendi rudis manum atramento tinctam chartae imprimebat, quod monachi Sinaitici pro fulcro fidei validissimo habebant. THEVENOTI itinerarium p. 322. nec non der gelehrte Criticus part. II. quaest. XXXIII. p. 761.

LII

MAIMBVRGII PENNA.

MAIMBVRGIO calamum e manu excussit ictus sanguinis, quem Graeci ἀπόπληξιν vocant. TENZELIVS in dem Historischen Bericht von der Reformation Lutheri, edit. excell. CYPRIANI p. 7.

LIII

MARINI PENNA.

IO. BAPTISTA MARINVS est Neapolitanorum * OVIDIVS, quem LAVRENTIVS CRASSVS, testis et praeco idoneus, aurea Phoenicis penna dignum existimat. Il Neapolitano Ouidio degno solamente dell' aurea penna dell' immortal Fenice. Non fù ingegno nelle fecondità de' versi più di lui dotato dal-

la natura. Elogi d'huomini litterati parte I, p. 212.

* Huius poetae vitam eleganti composuit stilo archipoeta Saxonicus IO. VLRICVS KOENIGIVS, quam BROCKESII poematibus, melle ac placenta suauioribus, praemisit WEICHMANNVS M DCC XXV. 8.

LIV
MASCARDI PENNA.

AVGVSTINI MASCARDI, qui humaniores litteras Romae professus est, penna non vita laudatur. NAVDEANA p. 11. Augustinus Mascardus professeur d' humanitez à Rome, camerier d' honneur, la meilleure plume, ou plutot, le Balzac d'Italie, quand il écrivoit dans sa langue, mais au reste fort vicieux et debauché.

LV
MICHAELIS ARCHANGELI PENNA.

Tezelius stolide iactauit ad populum, se possidere pennas ex ala angeli Michaelis, quibus per mira posset efficere. TENZELIVS in dem Historischen Bericht von der Reformation Lutheri, cap. II. p. III seq edit. Magnif. CYPRIANI verbis sequentibus narrat. Sonst habe ich öffters erzehlen hören, wie er einsmahls den Leuthen eine Feder, die der Teufel dem Engel Michael im Streite ausgerauft, weisen, und dabey Ablaß austheilen wollen. Aber des Nachts gera-

gerathen böse Buben darüber, stehlen die Feder aus dem Kästlein, und legen Kohlen dafür hinein. Tetzel nimmt des andern Morgen dasselbe unbeschauet mit, und macht ein groß dicentes vor dem Volcke, von der Würde und Krafft der Michaels-Feder. Aber als er es aufthut, siehe, da liegt keine Feder, sondern Kohlen darinnen. Er wird zwar etwas alteriret, läßt sich aber nichts mercken; sondern macht alsobald eine neue Finte, sagend: er habe ein unrechtes Kästlein ergriffen, in welchen aber auch ein sonderlich Heiligthum wäre, nemlich Kohlen von des heiligen Laurentii seinen Rost, deren vortreffliche Krafft er nicht weniger herausstreichet. Ein gleiches Stückgen hatte wenig Jahr zuvor ein Meß-Pfaffe in Schwaben practiciret, welches CRVSIVS P. III. Annalium Sueuicorum p. 516.517. aufgezeichnet, und ausdrücklich hinzu gesetzet hat:

Tezelii nimirum hic praecursor erat:

Um das Jahr 1500. lebte ein Meß-Pfaffe, mit Nahmen Iselinus; der legte zu Altingen seine Heiligthümer und Ablaß aus und rühmete, daß er eine Feder aus St. Michaels Flügel hätte; Indem er aber im Wirths-Hauße säufft, wird ihm dieselbe des Nachts gestohlen. Da er solches am Morgen gewahr wird, läufft er in dem Stall, stecket Heu in die Monstranz und spricht, das solle sein Heiligthum seyn. Die Wirthin, da er im Qvartier lieget, lachet darüber, er aber versetzet: Ich will es in der Kirchen dahin bringen, daß du das Heiligthum küßen must, du magst es

gerne thun oder nicht. Sie saget, das solle nimmermehr geschehen. Er wettet mit ihr um einen guten Schmauß. Wie man nun in die Kirche kommt, fängt der Ablaß-Krämer an: Seht, ihr lieben Christen, das ist das Heu, worauf unser HErr Christus zu Betlehem gelegen; das hat die Krafft, daß es die Pest von den Menschen abwendet, die ietzt zu Kübringen und hin und wieder in Würtenbergischen grassiret, es läßet auch keine Ehebrecher noch Huren zu. Da die Leute solche Predigt höreten, kamen viel Mäñer und Weiber, das Heiligthum zu küßen, welchen sich auch die Wirthin beygesellete, damit sie nicht vor eine unzüchtige Frau gehalten würde. Siehe da! sprach der Pfaffe heimlich zu ihr, kömmst du auch? Ich habe die Wette gewonnen.

LVI

MILITVM PENNAE.

Militum pileos pretiosis saepe pinnulis fulgere videmus. Sed fulgor non est semper indicium fortitudinis. Hoc est, quod oratio CHARIDEMI apud CVRTIVM docet lib. III. c. II. hoc est, quod FRANCISCVS SFORZZA militibus suis demonstrandum duxit. ZEILERVS cent. I. p. 20. p. m. 56. Franciscus Sforzza weiland Herr zu Meyland, als er gesehen, daß seine Soldaten stattliche Feder-Büsche hatten, ist er vom Pferde abgestiegen, hat eine Feder auf einen Block geleget, solche mit seinen Degen zerfetzt und gesagt; defenditi poltrone:

weh-

wehre dich du Tropff, und damit denen Seinigen zu verstehen gegeben, daß ihre Tapfferkeit nicht in denen Feder-Büschen steckte.

LVII
MOLLIERII PENNA.

MOLIERII, qui tam artificiose scenam instruxit, penna celebratur epitaphio Gallico, quod oculis sistit La clef du cabinet des princes M DCC XVI. mense Martio p. 190. et ita se habet:

Cy git cet ennemi des vices de son tems
De qui la voix fit autant que la plume
Il seût par l' une et par l' autre en delassant nos sens
Des seueres leçons corriger l' amertume.

LVIII
MORI PENNA.

De LVDOVICO MORO BESOLDVS in thesauro practico p. 914. haec habet: er habe sich dieser schädlichen Rede vernehmen lassen, daß er mit einem Feder-Kiel weit ein mehrers denn mit offenbahren Kriegen außzurichten ihm getraue.

LIX
PETRI MOSELLANI PENNA.

PETRVS MOSELLANVS a IVLIO PFLVGIO, litteris de disputatione Lutheri cum Eccio

cio Lipsiae habita perscriptis, * calamos petit. SCHILTERVS de libertate Eceles. Germ. lib. VII. c. II. p. 852.

* Vide politissimi CORVINI poemata Germanica, et simile iuuenis exemplum. p. 125.

LX

MVLLERI PENNA.

Inuidiosos calami foetus, quibus PETRVS MVLLERVS * *pura mente* iurisconsultus inclaruit, his celebrauit versibus, iurisprudentiae eius elementari praefixis, IO. PHIL. SLEVOGTIVS, Academiae Ienensis ingens ornamentum:

Toties desudasti, fertile
Nobis ingenium Müllere
Operique humeros sufficientes
Semper monstrans, studiis iuuenum
Intentus, et acres exercens
Mentes, innumeris, ac plane
Inuidiosis calami foetibus.
Miratur Themis alma labores
Tantos, inque nouo stupefacta
Partu, metuens sedulitati
Nimiae, vellicat aurem molliter
Et parce tibi, parce ingeminat
Satis est, o Müllere, laborum.

* Symbolum hoc fuit Iurisconsulti celeberrimi.

LXI
NOTARIORVM PENNA.

Notarios homines saepe esse sublestae fidei, vetus querela est. Hinc non negligendum Democriti ridentis monitum: caue tibi a penna notariorum p. 247. Adde IACOBI BRINCKMANNI Norimbergensis centuriam quaestionum practicarum de notariis et eorum officio Altorffi M DCC XV. 4to. et IO. EISENHARTI commentarium de fide historica c. II. §. 7. 8. 9.

LXII
OBRECHTI PENNA.

GE. OBRECHTVS inter causas infortunii sui calamum etiam refert, quod docet eius vale vltimum, insertum monumentis FELLERI, celebratissimi viri, trimest. VII. p. 421.

Argentina dedit vitam, gens extera mores
Altorfum studiis praemia digna dedit.
Vxor diuitias, iurisperitia spartam
Mens, manus et *calamus* non bene sana necem.

LXIII
OCCAMI CALAMVS.

GVILIELMVS OCCAMVS, monachus ordinis Franciscani, Ludouico Bauaro odiis papalibus exagitato calamum offert vindicem AVENTINVS testis lib. VII. annal. Boiar, vbi ver-

verba monachi recensentur: tu nos pugnis, ense, ferro, armis a seruitute assere; nos te lingua, CALAMO, litteris, stilo, libris, verbis vindicabimus.

LXIV

OVIDII PENNA.

De hac HERCVLES CIOFANVS in Ouidii vita sequentia refert: Isabella Pannoniae regina circiter annum M D XL. Ouidii calamum ex argento Taurini, quae est vrbs inferioris Pannoniae, ostendit Petro Angelo Bargaeo, qui hoc ipsum mihi narrauit, cum hac inscriptione: OVIDII NASONIS CALAMVS, qui non multo ante id tempus sub quibusdam antiquis ruinis fuerat repertus. Eum regina * ipsa plurimi faciebat, et veluti rem sacram carum habebat. De eodem calamo Coelius Calcagninus, qui et ipse in Sarmatia fuit, in elegia, qua Scytharum mores describit. vid. celeb. FABRICII Bibliotheca latina lib. I. cap. XV. p. 261.

* Salse ridet hoc factum MICHAEL CHRISTIANVS LVDOVICI, gymnasii Altenburgici quondam conrector meritissimus, in praefatione PHILIPPI CAROLI antiquitatibus Romanis praemissa his verbis. Egregie sane, si Deis placet. Neque enim parum erat vel nihil, inter cimelia pretiosiora calamum quoque habere, et admirari posse eius, qui *sua amabat vitia*, quod ex grauissimo Seneca de spurco Ouidio GYRALDVS dial. IV. p. 166. asserit, quique consulto et de industria vitiosus es-

se

se volebat, quia nimirum *decentiorem* dicebat *faciem, in qua naeuus aliquis esset.*

LXV
PEDIBVS TRIBVTAE PENNAE.

Pennatis, vt aiunt, pedibus. Hanc formulam vsurpauit HIERONYMVS epist. v. Prouerbium desumtum a Mercurio, cuius pedibus alas addiderunt poetae, miram designat celeritatem. Ante HIERONYMVM PORCIVS LICINIVS, vetus poeta, apud GELLIVM lib. XVII. extremo simili fere vsus phrasi, dum ita cecinit:

Phoenico * bello secundo musa pinnato gradu
Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram.

* Punicis bellis coeperunt Romani colendae linguae Latinae operam dare, maxime bello Punico secundo. Hinc clarissimi viri CASP. SCIOPPIVS, et OLAVS BORRICHIVS, aetatem auream Latinitatis a bello Punico secundo arcessunt, quia tum coeperint Romani elegantius loqui atque scribere. CELLARIVS, praeceptor optimus noster, in dissert. de fatis Latinae linguae §. XVIII.

LXVI
PELISSONII PENNA.

Plumbo, quo fenestrarum orbes coniungi solent arctius, ita vsus est PELISSONIVS, vt

ad stili exemplum effictum calami vicem praestaret. Celeberrimus WOLFFIVS dissertatione doctissima, qua carcerem eruditorum museum repraesentat §. xxv.

LXVII
PEVCERI PENNAE.

Confirmant chartae loco ipsi fuisse margines, et vacua folia libri concordiae, crustas autem panis, igne tostas et crematas, ac cereuisia deinde dilutas atramenti vices praestitisse, calamos denique ab anserum alis mutuatos, quos ad puluerem amouendum, et tollendas aranearum telas adferri sibi curauerat. Celeb. WOLFFIVS in carcere eruditorum museo p. 42. 43. Add. Bibliotheca antiqua publicata Ienae ad annum M DCC VI. p. 193. nec non selecta Historica et litteraria tom. II. vbi obseruatio de elegantia manuum eruditarum p. 257.

LXVIII
PEVTINGERI
iudicium
de
PENNIS.

Saturni tempore calami vel pennae vsus non erat. Litteras forte ferro vel lignis impressit, ceterosque docuit, non coniunctim, verum singulas particulatim imprimendo, debito ordine locare. CYPRIANVS, qui cap. I. libri de idolorum

lorum vanitate scribit, quod saturnus artem instituerit imprimendi litteras, dextre est interpretandus. Non impressit litteras papyro, sed docuit litteras imprimere eas, quae in numismatis expressae sunt. Saturnus impressit litteras, inquit in notis CELLARIVS, saxis, membranis, corticibus.

LXIX
PLINII PENNAE.

PLINIVS a Mamiliano petit, vt passerculis et columbulis suis pennas det lib. IX. ep. XXV. Tu passerculis et columbulis nostris (i. e. carminibus nostris) inter aquilas vestras (i. e. inter signa militaria, quae aquilam argenteam praeferebant) dabis pennas (i. e. diuulgabis, nota facies, vt famae alis per castra ferantur) si tamen et sibi et tibi placebunt: si tantum sibi, continendos cauea nidoue curabis.

LXX
PVERORVM PENNA.

CAMERARIVS in praeceptis morum p. 22. Nulla, inquit, res adsidentem puerum magis ornat, quam proposita charta, et in dextra eminens pennula. Nisi autem erit iam statim in puero animus discendi cupidus, et quasi suspensus de voluntate magistri, non vagus cogitationibus, non aliud agens, haud vnquam bona mihi spes fuerit profectus.

LXXI

PVTEANI PENNA.

ERYCVS PVTEANVS, Lipsii successor, amoenitatum humanarum diatriba XII. p. 809. Hanc, inquit, praecipuam semper doctrinae partem existimaui ad honestatem, modestiamque Christianam, mores vitamque componere, non scire tantum pulcra, sed facere, Deo et veritati dare CALAMVM, linguam, mentem.

LXXII

RAMI PENNA.

Votum pietatis plenum est, quod PETRVS RAMVS fecit in oratione initio professionis susceptae habita M D LI. oct. Calend. Sept. Deus optime maxime, qui potes e lapidibus suscitare filios Abrahae, suscita in carbonarii nepote, agricolae filio, tot indignitatibus afflicto, non magnas opes, magnamque fortunam, quibus ad instrumenta professionis meae, CHARTAM, PENNAM, non admodum opus est, sed tota vita mentem rectam, perpetuamque diligentiam et industriam: mihique ad tuam laudem, ad academiae salutem quam diutissime in muneris mei fornace sudare, in aratro laborare, bonorum omnium et sit et videatur esse maximum.

LXXIII
RAYMVNDVS DE PENNA FORTE.

Huic viro nullam pennam mens tribuit dubia contra auctoritatem docti viri, quae nostro inserendam statuit operi. Solum nomen scribitur, quod fortassis etiam a gente de Penna forte habuit. Si pennam fortem Gregorio IX. in collectione decretalium adprobauit, penna haec aliis non fortis, sed elumbis videatur. Fuit Catalaunus patria Barcinonensis, ex regibus Arragoniae oriundus, Gregorii IX. capellanus. MASTRICHTIVS in historia iuris ecclesiastici §. 353.

LXXIV
ROLLFINCKII PENNA.

GVERNERVS ROLLFINCKIVS, medicus Ienensis, nomen capitalium criminum reis * terrificum, loco pennae quolibet saepius vtebatur vel ligno vel instrumento obuio. Hinc litterarum ductus gallinacei, et voces cubito longiores, quarum exempla pene multa vidi, quaedam etiam possideo. Sed an ideo inter incommoda seculi referendus? Hoc fecit, quod doleo, PARRAVICINVS. Testis dissertatio de elegantia manuum eruditarum in selectis hist. et litterariis Lilienthaleis tom. II. obs. IV. p. 264. IO. PHIL. SLEVOGTIVS, in quo lacteum sermonis flumen, et iudiciorum candorem sa-

pientissimi viri iamdudum probarunt, melioribus mactat elogiis in programmate Strasbergiano publicato Ienae M DC XXIII. quae velut purpuram panno lubet attexere. Qua fronte sileamus, superiore seculo, atque eodem tempore, Hamburgum, tres Academiae nostrae praestantissimos dedisse medicos, Guernerum Rolfincium, Paulum Marquartum Slegelium, et Christophorum Schelhammerum, singulos antequam huc accirentur, peregrinationibus per varia Europae regna et prouincias, famam non modicam nactos, sed inter hos Rolfincium maxime eminentem. O quem te memorem, virum non ingenii tantum, et Romani eloquii (quod tuae Dedicationes testantur) sed etiam oris ipsius ac totius corporis maiestate, incomparabilem, vt qui non priuatae sortis hominem, sed plane principalis dignitatis praeferres, superstite adhuc in scriptis praedicatura semper auctorem doctrina.

* Weil er fleißig aufſtellete, um Cadavera zur Anatomie zu bekommen, ſo baten ſich die Maleficanten insgemein aus, daß ſie nicht möchten gerolfinckt werden, vid. compendieuses Gelehrt. Lexicon hac voce.

LXXV
RIGALTII CALAMVS.

NICOLAVS RIGALTIVS Artemidori Oneirocriticis, notis illustratis, hos praefixit versus:

Iocu-

Ioculare * tibi videtur, et sane bene
Dum nihil habemus maius, calamo ludimus.

* Desumti sunt versus ex PHAEDRI lib. IV. fab. 1.

LXXVI
SABELLICI PENNA.

Venetorum historico Marco Antonio Sabellico SCALIGER calamum tribuit venalem lib. 11. poem. p. 329. his versibus:

Venalis item penna Sabelli latronis,
Qui dat, adimitque, vt libitum, cuique quod vult.
Falsa, qui rogatus, vndenam tot esset ausus
Monstrans Venetum perditus numisma
Te, inquit, quoque lux haec faceret loqui, si haberes.

LXXVII
SACHINI PENNA.

Der wegen seines Buches de ratione libros cum profectu legendi bekandte Jesuit, FRANCISCVS SACHINVS, hat mit zwey Federn gantzer 7. Jahre geschrieben. CRVSII Vergnügung müßiger Stunden ex FRANCISCO STILLERO, IV. Theil, p. 74.

LXXVIII
SALMASII PENNA.

SALMASII calamus omni doctrina perpolitus, sudes fuit in oculis * TABORIS. Nominauit *equitem calamarium* per contumeliam

putidissimam. GRONOVIVS pater testis in epistolis Gudianis p. 328.

* Io. Otto Tabor erat purus putus Ciuilista. Euocauerat illum Argentorato, vbi iura docebat, Dux Megapolitanus, ac Cancellarii munus ipsi demandauerat. Tulisse is aliquando perhibetur in sanctiori senatu suffragium, instituendam esse contra milites, qui tractum Gustrouiensem inuaserant, actionem legis Aquiliae vid. Teutschen Reichs-Staat tom. II. part. II. p. 82. Laudatus BIERLINGIVS de eruditione politica p. 45. Illustris Boineburgius turbam Taboricam inficetam nominat. Acta litter. excell. STRVVII tom. I. fasc. ult. p. 57. et iudicia SARCMASII de novissimis prudentiae ciuilis scriptoribus fasc. II. novae libr. collect. p. 220.

LXXIX
SALVATOR PENNA.

SALVATOREM IESVM pennam coelestem nominat CLEMENS ALEXANDRINVS in hymno Christi lib. III. paedagogi p. m. 266.

Σωτὴρ Ἰησοῦς
Ποιμὴν ἀροτὴρ
Πτερὸν οὐράνιον
Παναγοῦς ποίμνης.

Servator IESVS
Pastor, arator
Penna coelestis
Sanctissimi gregis.

LXXX
SECKENDORFFII PENNA.

In BOECLERI museo tres praecipue ministri laudantur, BOINEBVRGIVS, FORSTNERVS,

et VTVS LVDOVICVS a SECKENDORFF: dabo tibi e Germanis TVIS, inquit collocutor, tres viros, non ad sui tantum, sed omnis aeui exemplum et memoriam illustres. Ex SECKENDORFFII elogio haec verba ad nostrum institutum pertinent, quod fuerit respondendo, consultando, voce, *calamo* promtus ac indefessus, specimine primo p. 73. et 83.

LXXXI
SECRETARIORVM PENNA.

Secretariorum penna, vt laurus Ciceroniana, in voculas etiam maleuolorum incurrit. Notum, quo contumeliose adpellantur, nomen, quae quidem vox pecudum mihi videtur esse, non hominum. IACOBVS TOLLIVS PENNILINGAS adpellat epistola itineraria tertia p. 73.

* De Secretariis doctissimam scripsit dissertationem IO. SCHILTERVS, quae inserta est praxi Iuris Romani in foro Germanico p. 119. Horum fastum censoria notat virgula GOTHOFREDVS BARTHIVS iurisconsultus celeberrimus in praefamine hodegetae forensis Lipsiae M DCC XV. edit. Felicitatem illorum in scribendis litteris laudat BOHVSLAVS BALBINVS in verisimilibus humaniorum litterarum c. 11. p. 14. Secretarios honore et dignitate excellentiores esse aduocatis, ostendit LEONARDVS BRVNVS ARETINVS lib. V. ep. IV. p. 182.

LXXXII
SIRI PENNA.

Monachus Italorum VICTORIVS SIRI historiam non ad veritatem, sed ad pondus scri-

 bebat,

bebat, calamum plus offerentibus vendens, id quod occasionem dedit dicendi, historiam ipsius esse non da Istorico ma da salario. Illustris STRVVIVS, cuius summis in me meritis grati animi memoria debetur et praestatur perpetua, diss. de vitiis historicorum p. 9.

LXXXIII
SPADII PENNA.

IO. BAPTISTAE SPADII, Placentini, ordinis praedicatorum penna laudatur in apibus vrbanis LEONIS ALLATII p. 216. his verbis: cuius ensis in *calamum*, *calamus* in palmam, in laurum palma degenerat.

LXXXIV
SCHVBARTI PENNA.

GE. SCHVBARTI praeceptoris optimi, pennam laudauit IO. PHILIPPVS TREVNERVS in parentatione Ienae MDCCI. XII. Augusti. Repraesentat clarissimae auctoritatis theologus den Verlust des Mundes und der Feder et his perorat verbis p. 27. seqq. Ich kan die Historische Schreibe-Feder unsers Wohlseel. Hrn. Doctoris nicht vergessen. Bekannt ist es, daß man vor Alters eine zierliche Schreibe-Art genennet calamum Socratici cygni siue Platonis, eine Feder des Platonis oder des Socratischen Schwans. Denn es träumete den Socrates * einst, daß ihm in seinen Schooß ein junger Schwan, welcher unvergleichlich schön sänge, geworf-

geworffen würde, und da Tages hernach Plato seiner Lehre untergeben ward, urtheilete er, daß dieser durch den Schwan bedeutet würde, welche Muthmassung auch der Ausgang bekräfftiget. Unsers Wohlseel. Hrn. Senioris Feder war nicht von gemeiner Art, wohl aber mochte sie Socratici cygni siue Platonis calamus, oder des Socratischen Schwanes Feder heissen, weil sie dem Plato an Rein- und Zierlichkeit der Schreib-Art gantz gleich gekommen. Thales nennte den Feder-Kiel calamum animatum, einen lebendigen Kiel, nicht nur wegen bekannter hypotheseos, sondern auch darum, weil man in selbigen gleichsam eine Seele antrifft. Was soll ich von des seel. Mannes seinem Schreibe-Kiel sagen? Dieses will ich sagen, daß er wohl recht ein calamus animatus imo animans, ein belebter, ja ein belebender Schreibe-Kiel gewesen. Wenn ein Kiel von einem Meister wohl gezogen und zugerichtet wird, muß er wohl schreiben. Und der Historische Kiel unsers Wohlseel. Hrn. Senioris konte nicht anders als nett schreiben: Denn BOSIVS, SCHILTERVS, (welche grosse Leuthe!) hatten denselbigen gezogen, und gleichsam zugeschnitten.

* LAERTIVS de vitis phil. lib. III. segm. V.

LXXXV
SCHVRMANNIAE PENNA.

Nobilissimae virginis ANNAE MARIAE a SCHVRMANNIAE calamum laudat FRIDERICVS SPANHEMIVS in praefatione opuscu-

lorum verbis hisce elegantissimis: *Stolatus ille musarum et gratiarum doctor* exemplo aeque docet ac *calamo*, et decus suum praecipuum censet pietatem et virtutem; et IO. SMITH versibus sequentibus p. 342.

Daedala acu, *calamo*, caelo, varioque colore
Cera, adamante suum dextera pingit opus.

LXXXVI
SCHWEICKERI PENNA PES.

THOMAS SCHWEICKERVS Hala Sueuus pedum ope scripsit. BESOLDVS in thesauro practico p. 914. Zu Inspruck sind Schrifften, welche Thomas Schweicker von Schwäbisch Hall, aus Mangel Arm * und Hand, mit Füssen geschrieben.

* ὡς ἐν παρόδῳ mentio hic facienda EBASTIANI TRVCHETI. Hic Sebastianus honorarius est Academiae regiae scientiarum et insignis mathematicus. Est praeterea Daedalus ille, qui mutilis noua potest reddere brachia et manus tanta arte et industria confectas, vt sine impedimento et scribere et edere possint, et nescio quas actiones non exercere. Lutetia Parisiorum erudita rem narrat p. 43.

LXXXVII
THESAVRI

EMANVELIS THESAVRI acuta laudatur periphrasis de primo litterarum et characteris formandi inuentore, quae ita se habet. Nulli adhuc legebantur characteres nisi seruis inusti; tandem ille veloci dextera fugientia verba moratus,

ratus, *calamo* in tabella defixit: certauit cum loquentis lingua scribentis manus, nouoque miraculo audiit oculus, quod digiti praepetes loquebantur. Quale portentum in fertili pagellarum aequore, musarum agello, nigerrimum notarum semen committi, quod aratum *calamo*, sepia rigatum, legendam docrinarum messem festinat? KWIATKIEWICZII suada ciuilis p. 303.

LXXXVIII
VNRVHII PENNA.

ERASMVS VNRVHIVS professor Witebergensis praeclari testimonio iudicii oculus, os, et, calamus Academiae dicebatur. Perillustris de BERGER in oratione de iurisconsultis Witebergensibus p. m. 190.

LXXXIX
ZEISOLDI PENNA.

M. PHILIP ZEISOLD pastor zu Goelniz in dioecesi Altenburgica schrieb logicam sacram ein opus von 12. Alphabethen, worzu er zehen Jahr, aber nicht mehr als 2. Federn gebraucht, wie denn im Anfange des dritten partis diese Verse stehen:

Conscripsi binis, lector doctissime, pennis
Tres logicae sacrae, numine flante, tomos.

Worzu Io. Hitzschold Geranus noch dieses gefüget:

Sal-

Salue sancte liber pennis conscripte duabus
Annis plus, (mirum) numine flante, decem.
LOEBERVS, celeberrimi nominis theologus, in hist. Ronneburgic. p. 371.

XC

Finito pennarum numero, quem laxare constitui, lubet addere controuersiam pennae et gladii festiuo repraesentatam apologo IO. VALENTINI ANDREAE, cuius summam dederunt die Summarische Nachrichten von auserlesenen Büchern in der Thomasischen Bibliothq part. XIX. p. 562. his verbis: Er erzehlet, daß die Feder und der Degen um den Vorzug * gestritten, und der eine Richter diesem, der andere jener beygestanden, nachdem die Gelehrten dieselbe dazu beredet, oder die Soldaten sie hierzu gezwungen. Beyde hätten ihre Tugenden, aber auch ihre Fehler an sich gehabt. Weilen aber die Republic beyder Hülffe benöthiget gewesen, ob sie gleich ihre üble Aufführung gemißbilliget, so hätte sie keinem abstehen wollen, sondern, beyden eine Genüge zu leisten, folgenden Ausspruch gethan: Sie solten Wechselsweise in gleichen Ehren und Würden stehen, und in Einigkeit leben; denn das wäre ein glückseliges Land, worinnen sie beyderseits ** treulich dieneten, aber unglückselig und verlohren wäre dasjenige, wo eines von beyden hochmüthig herrschete.

* In poematibus Hoffmansvvaldauianis talis etiam lusus proponitur. Penna oratione festiua praerogatiuae ius defendit suae: conuersa deinceps oratione martis iura euehuntur. Limatissima sunt carmina, et merentur hic legi ex parte 1. p. 302.

Rede der Schreib-Feder.

Mich hat ein schwaches Thier zwar zu der Welt gebracht,
Doch kan ich Thron und Cron durch meine Kunst besiegen.
Es wird des Scepters Stab zu meinen Füssen liegen,
Wo ihn der kluge Kiel durch sich nicht schätzbar macht.
Rom war bey aller Welt durch mich so groß geacht,
Daß, wenn sich Könige und Fürsten musten biegen,
So stieg ich über diß. Den Lorbeer-Krantz von Kriegen
Hat eintzig und allein vermehret meine Pracht.
Der Himmlische Virgil saß in Augustus Schooß,
Und Cicero hat offt durch Reden Rom beweget.
Jetzt wird Germanien noch tausendmahl so groß,
Weil es den Helden-Muth auf freye Künste leget.
Manch Hut, der mich zwar trägt, wird nur durch mich verstellt,
Weil sich nicht Kunst und Witz zu seinem Strauß gesellt.

Verkehrtes Sonnet der Schreibe-Feder.

Die Kunst ist ohne Macht, wo sich nicht Mars gesellet,
Die Feder hat den Stahl offt bloß aus Furcht verstellet,
Und ob sich ietzt ein Held auf freye Künste leget;
Doch ward Germanien noch tausend mahl so groß,
Als seiner Waffen Blitz das stoltze Rom beweget.
Es sey, daß ein Virgil saß in Augustus Schooß,
So stand die Majestät nur auf der Schwerdter Pracht,
Diß Kaysers Purpur stieg durch Glücke von dem Kriegen,
Offt muß Beredsamkeit sich vor dem Fürsten biegen,
Und ein schlecht Feder-Kiel wird nicht so groß geacht,

Als

Als wenn ein tapffrer Muth den Feind zunichte macht,
Vor dem sein Unterthan gebücket muste liegen:
Der Harnisch und der Stahl kan ja die Welt besiegen,
Durch dieß hat Rom die Welt zur Dienstbarkeit gebracht.

Adde illustris THOMASII specimen iurisprudentiae iudicialis c. VIII. medit. II. p. 91.

** FRIDERICVS III. elector Palatinus sapientissime suasit, vt pacis artes, artesque belli amico coniungerentur vinculo. Testimonio est dictum egregium, quod Nestoreo protulit ore, ZINCKGRAEFIO memoratum. part. I. apophthegm. p. 89. Es haben Jhro Churfürstl. Gnaden erstgemeldten dero Sohn damahls ihren Rath, Licentiat Laurentz Zingrefen vor einem Kriegs-Rath mit diesen Worten zugeben: Ein solcher junger Mensch muß nicht allein die Feder, sondern auch den Feder-Spieß zu führen wissen. Huc spectat etiam sententia MEHNERI Academiae Hafniensis bibliothecarii, iucundis expressa versibus, quibus HOLCKII comitis DANICI Suetonium Germanicum decorauit.

Laß die Hand mit ihren Waffen
Sammt der Feder Gutes schaffen
Unserm Land znm Schutz und Zier.

Neque est inter rei militaris et litterarum studia, vt eleganter ad CAROLVM COSSAEVM, Franciae Marcschallum BVCHANANVS in praefatione Iephthae scripsit, ea quam plerique falso putant, discordia: sed summa potius concordia, et occulta quaedam naturae conspiratio. Quamquam enim superioribus aliquot seculis siue hominum inertia, siue falsa quadam persuasione diuisae fuerunt hae professiones, nunquam tamen peruersa imperitorum opinio tantum potuit, vt ipsam inter se veterem illam, et naturalem, vt ita loquar, cognationem obliuiscerentur. Omnes enim omnium aetatum imperatores, qui res praeclaras gesserunt, aut ipsi doctissimi fueruut, aut viros doctrina illustres summo amore prosecuti sunt. Neque profecto fieri potest, vt magnas et excelsus animus, qui neglectis rebus caducis, aeternitatis memoriam ante oculos habet propositam, non etiam

memo-

memoriae, et antiquitatis custodes literas amet. Adde HENRICI STEPHANI orationem de coniungendis cum Marte musis exemplo XENOPHONTIS operibus XENOPHONTIS praefixam. Princeps EVGENIVS omnia maiorum suorum, omnia omnis aeui heroum magna et bona exempla referens, ipseque illustrium animarum exemplum ac norma, felicissime coniunxit. IO. BARBEYRACIVS, academiae Groningensis doctor celeberrimus, illa breui oratione complexurus decora sic scribit: Nous auons vn exemple remarquable en la personne d' vn Heros de nôtre tems du grand Eugene, qui fait bien voir, que les armes, et les muses ne sont point incompatibles; et que les lauriers d'Apollo sieent bien à côté de ceux de Mars; que les premiers aident a ceuillir les autres, et en releuent l' eclat. Discours sur l' vtilité des lettres et des sciences p. 43. Eruditum † Meuseluicum, vbi VITVS LVDOVICVS A SECKENDORF prisci Maecenas exempli, Tusculanenses habuit dies; Meuseluicum Alcinoicum, vbi ad hortorum amoenitatem ipse stupet liuor; Meuseluicum aruis vicinum Altenburgicis, ostendit illustrissimum comitem de SECKENDORF heroem omnibus belli ac togae dotibus eminentissimum. O quanta species fuit diei felicis et aurei, quo in subselliis spectauimus nostris viuum illud ac spirans Apollinis ac Martis simulacrum? Ita quae opto contingant, vt, cum illius diei mihi venit in mentem, non solum commoueor animo, sed etiam toto corpore tripudio. Seruet Deus illustrissimum heroem, lauro ac curru dignissimum, diutissime sinat inter ornamenta huius seculi enitescere.

† IVLIVS PFLVG, eques Saxonicus eruditissime doctus in epistola ad SECKENDORFFIVM, ita scribit: *Postquam propitia fortuna claram illam musarum, tuamque, vir perillustris, sedem Meuseluicum dico, mirari contigit &c.* in collectione Schmidiana de bibliothecis p. 310.

Gra-

XCI

Gratias ago TIBI, o pater luminum, submissa mente, quod laeto laboris successu solitudinem meam exhilarare volueris. Rogo TE, o pater, per μεσίτην vnicum suppliciter, velis porro mihi esse Deus, et gratiae TVAE, salutaris illius roris, succo musas meas perfundere. Sic erunt semper alacres, vegetae, hilares, ipsosque inter ventos, Aeolio emissos vtre, oleo tranquilliores. Qui consilio et ope propositum iuuerunt, generosissimus de BIELEN, venerandus OLEARIVS, nobilissimus CRVSIVS, cultissimus SCHVZIVS, suauissimi HERRII in paternarum laudum amplitudinem feliciter crescentes; horum memoriam, animo infixam, quoad rebus humanis fruar, retinebo, et, quotiescumque fert occasio, laudibus, vt par est, recolam, nullamque e manu dilabi sinam occasionem, qua aliquam significationem gratae erga illos voluntatis dare queam.


F I N I S.



This book is given special protection for the reason indicated below:

Autograph	Giftbook
Association	Illustration
Condition	Miniature book
Cost	Original binding or covers
✓ Edition	Presentation
Fine binding	Scarcity
Format	Subject

L82—5M—12-57—64525


UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 059965084